

Petrus de Vinea

*Ep. V 45 (Conquerente
I. de..., fidei nostro...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 45 (Conquerente
I. de..., fideli nostro...)*

1220-1266

Vt restituatur possessio destituto, in seruitiis curiae commoranti.

1. Conquerente I. de..., fideli nostro, nostra serenitas intellexit, quod, cum ipse pacifice et quiete teneret in territorio castris de... loco quasdam suas possessiones, ad eum rationabiliter pertinentes, L. de... mulier destituit eum absentem et in nostris seruitiis, sicut asserit, existentem, possessionibus antedictis, iuris ordine non seruato. 2. Super quo cum supplicauerit sibi per nostram excellentiam secundum iustitiam subueniri, ipsius supplicationibus, uelut iustitiam continentibus inclinati, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, si tibi constiterit ita esse, possessiones ipsas a muliere prefata predicto fideli nostro restitui facias, ut est iustum, ne iustam super hoc causam habeat conquerendi.